

1 (043)


NET

S.M. / C 1 / 3



4-36

B.-1052 A



1034760

SM C*1 3 R.1052 A

**ECLECTICAE
PHILOSOPHIAE THESES.**

QUAS.

PUBLICO EXPONENT CERTAMINI.

F^r. Prosper Pons, et F^r. Joannes Chrysostronus Sintes
AUGUSTINENSES

QUIBUS ADERIT

PRAESES

P^r. F^r. FRANCISCUS NETO

PHIL. ET SAC. THEL. LECTOR EJUSD. ORD. FIL.



Locum pugnae parabit in Carmelitarum almo B. V. M.
Sacello Magoneni.

Diebus XVIII, & XIX. Mensis Augusti hora IV. vesper-
tina Anni MDCCLXXXVII.

Magone Minoricarum.

* * * * *

Ex praelo JOANNIS FABREGUES Regis Typog.

ECLETTICAE
PHILOSOPHIAE THESIS.

QUAS

PUBLICO EXAMINE CERTAVIT

F. Prosper Pons, ex F. Joannes Chrysostomus Simons
AUGUSTIVANUS

OPINIO AERIT

PRÆSES

P. F. ER ANSCUS NETO
PHIL. ET SAC. THEOL. LECTOR USD. ORD. HL.



Locum pugnae publicae in Consistorio anno D. M.
diebus XVII & XVIII Mensis Augusti hora IV. vesper.
Anno MDCCXXII

Ex prelo JOANNIS FABREGUES Regis Typog.

EXCELLENTISSIMO

D. D. IOANNI DE SILVA

COMITI DE CIFUENTES

Catholici Regis inter primarios Magnates adscripto, insignis ipsiusmet Ordinis Equiti, Baleariū Praefecto vigilantissimo &c. &c. &c.

P. F.

QUOD ad felicis certamen obeundum, Te Ex^e. De.
Mecoenatem obtinere absque re valuerimus, id iucunditate nos plene affecit: Quippe quum te alienis affectum tam esse videamus, haud dubium quin nobis, qui tui, idem favor non impartiat. Pauperrimam Minoricensis Insulae turmam, ita inter angustias tua pietate inspiciamus reparatam, ut quod ne fame pereat, neque supremo careat favore, totum sit tuum; ut tanti benefici memor semper Minoricensis Insula erit in aeternum. Nec Te prorsus pro thesium harum fronte seligeremus Patronum, ni insignioris charitatis abyssum proclamaret universalis hujus Insulae populus. Quid enim tibi volebant Excellentissime Domine mirabilia illa teneritatis tuae cum penes è cuna erumpens, erumpis ita misericors, ut quos conspicias necessitate pauperculos toto conatu niteris abere,

re, reficere, refocillare? Ast cur pueritiae tuae recurro cursus, si totum hoc fecit clementia, et benevolencia, quibus è deliciis tuae nobilitatis trans latus ad hujus Insulae supremam Praefecturam, ut egenos toto corde tota mente, toto affectu impleres bonis, ex dignitate assequeris pauperum Patris nomen, quod jam tenebas ex moribus quippe qui potius esse, quam nuncupari studueras? Verum enim verò latere, non potest, quod omnibus hujus Insulae incolis manifestum est, quantam solo aspectu, intuentium cordibus efficaciter inspires lenitatem, pacem mansuetudinem; quo affectu amplectaris omnes, soleris afflictos, erigas oppressos, quam patienter miserorum audias querelas; quo studeas animo dissidentes conciliare; quam excubes, quam invigiles, pro tuendis cujusque juribus! Huic finitimum est, quantum tuis insit paercordiis. Minoricensis Juventutis in Litteris profectus. Quid. Sedalia, quae ad amplissimi Tui nominis commendationem pertinent, praetermittere opus est; tot enim ea sunt, ut ne percenseri vix quidem numerando possint. Tot enim sunt monumenta in Tui nominis commendationem in hac Insula erecta, ut de Tuis nunquam laudibus conticescant. Respice ergo Excellentissime Domine in hosce nostri partus pauperculos labores, in singnum filialis amoris Tibi plusquam lubenter sacratos, in quos, ut libeat dexteram. Tuae protectionis extendere, grati animi desiderium agnoscas, tenuitatem ignoscas deprecamur; sic pales-

tram

*tram ingredientes, egrediemur ita laureati ut tutiorem Tuae
potentiae valeamus sacrare triumphum.*

Excellentiae Vestrae.

**Obsequentissimi Alumni ex corde
Fr. Prosper Pons, et Fr. Joannes Chrysostomus Sintas
Augustinenses.**



travaux ingénieux, exécutés en lauréat de l'Institut de France
potentielles de nos savants et de nos artistes.

Facultatis Veteris

Observationes Anatomiae ex cordis
F. Prosper Pons et Fr. Joannes Chrysostomus Sintas
Augustinenses.



PHILOSOPHIA.

§. I.

ANTIQUE Sapiētes illi, quos omnium primos
A cognitionis amor incendit, divinis ferē lau-
dibus Philosophiam exornarunt, ac ejus exis-
tentiā pro certo habuerunt; contra autē fuit
summa illa Academicorū audacia, qui Phy-
losophiae existentiā in dubiū revocare conan-
tur; verum hujus furfuris gregales, existimo homines esse
abutentes otio, ratione, et litteris. Itaque contra ho-
rum insaniam exordiamur nostram Philosophiam de cu-
jus existentiā certi sumus. Definitur Philosophia: *rerum
divinarum, et humanarum, causarumque; quibus hae res con-
tinentur, certa, et evidens cognitio, pro ut naturali lumine
sciri possunt.* Igitur Philosophiae studium qui vituperat,
haud sane intelligit quidnam sit, quod laudandum pu-
tet ut ait Tullius 2^o de Offi. c. 2^o Philosophia er-
go origo, coelestis est: scilicet à Deo Optimo Maximo
omnis boni Authore, et Largitore secundum illud Divi
Jacobi *omne datum optimum, et omne donum perfectum desur-
sum est, descendens à Patre luminum.* Illius incrementa,
tum varias Phylosophorum sectas transcribere hic non
lubet. Praemoneo tamen me nulla esse necessitate ads-
trictum, ut mihi velim, nolim, sit certa quaedam tu-
enda sententia.

§. II.

Proindeque Eclecticam seligere decrevi; haec quippe
caeterarum optima quaeque complectitur, dissidentes-
que

que Philosophos amico veluti foedere conjungit. Quare eadem est Philosophiae, ac aliarum rerum causa effec-
trix, nimirum Deus, qui eam primo, hominum Pa-
renti Adamo in sui creatione, una cum caeteris scientiis
humani generis largitus est. Unde nec Plato Magister
Aristotelis (divinus à P. Agustino appellatus), nec A-
ristoteles, nec alius Philosophus titulum inventoris sim-
pliciter sibi vindicant, licet aliunde multum ad illam
illustrandam contulerint: Unde Zeno Eleates dicitur
Author Logicae à Diogene Laertio, Thales Physicae,
Socrates Ethicae, quia partes illas explicarunt, auxerunt-
que plurimum, minime tamen, quod illas substantia-
liter invenerint; sicque ad summum possunt dici Pa-
troni, et illustratores Philosophiae, vel inventores secun-
dum quid, seu accidentaliter.

LOGICA.

§ III.

Logica graecè idem est ac latinè scientia rationalis,
Dialectica idem ac disputativa. Loquentiū tamen usu
factum est, ut utroque nomine ea intelligatur Philo-
sophiae pars, quae mentem seu rationem dirigit, ad ra-
tionalem cognitionem veritatis. Ut igitur ordinatè, réc-
teque procedamus, primitus rationalem Philosophiam,
sive Dialecticam salutaturi, cujus scopus est tradere
regulas, et praecepta, ne intellectus erret in suis o-
perationibus. Logica, quae est differendi facultas ita
distingui solet, ut alia naturalis, artificialis alia dicatur;
naturalis est illa cogitandi facultas, vel principium,
quod ab Authore naturae Deo mentibus nostris in di-
tum fuit, quod clarius rationis lumen vocatur; artifi-
cialis est illa facultas, quae studio, certisque legibus
aliarum artium imitar acquiritur. Erit igitur Logica ar-
tificialis simpliciter necessaria ad alias scientias acqui-
redas? cito aperiemus. Praenotandum est primo *necessariū*
esse

esse duplex, nempe *simpliciter*, et *secundum quid* Necessarium *simpliciter* est *id sine quo finis nullatenus consequi potest*. et hoc modo cibus, et respiratio sunt necessaria ad vitam. Necessarium *secundum quid* est *id sine quo finis haberi potest, at non ita facile*, sic equus est necessarius ad iter longum, vestis, et domus ad vitam. Primo modo non esse necessariam Logicam ad alias adipiscendas scientias in statu substantiali tuemur.

§. IV.

Quod autem Logica utilis sit ad alias scientias acquirendas, maxime si ex Philosophia non puerili, nec spinosa: sed ex gravi deprompta fuerit, res extra litem esse debet. Dialecticam ancillam fidei, et veritatis indagatricem, non semel commendarunt SS. PP., quam *sepimentum, ne à Sophistis veritas conculcetur* vocat Clemens Alexandrinus; *facultatem muri instar esse dogmatibus* tradit Basilius, et ad omnia genera quaestionum dissolvenda plurimum valere docet Ags. Ps. Intellectus operationes tres tantum sunt, videlicet: apprehensio, iudicium, et discursus, quibus additur methodus, non tanquam quarta intellectus operatio, à tribus prioribus operationibus distincta. Ad apprehensionem pertinent ideae, quas mens sua nativa vi efformare valet. Quandiu mens est corpori copulata, omnis nostra cognitio ope sensuum, vel immediatè, vel mediatè acquiritur; immediatè, si rei sit sensibilis; mediatè si rei insensibilis sit perceptio. Quare manifestò colligitur, nullam in esse menti nostrae ideam ingenitam, seu innatam; ut merito proinde falsitatis redarguatur Platoniorum opinio, à Cartesio denuo instaurata, atque è cineribus veluti exuscitata, quae humanam mentem nimium deprimens, nullam ei concedit vim sibi ideas efformandi, sed idearum originem à solo Deo repetendam esse statuit.

§. V.

§. V.

De idearū veritate, aut falsitate proxima est disputatio.

Solet communiter definiri veritas cognitionis: *convenientia cognitionis nostrae cum re cognita*. E contra falsitas optime dici potest: *discrepantia cognitionis à re cognita*. Quibus praemissis, dicimus, quod idea mentis nostrae vera esse potest; falsa vero, non nisi occasionaliter, et ratione subsequentiis iudicii. Quas Logica regulas tradat pro clara idea efformanda sciscitanti promemus. Petenti de voce, et signis verba faciemus. Quare Logico nulla de causa necessarias iudico quaestiones illas, que tot Scholasticorum ingenia diu occuparunt, scilicet: per quid constituatur signum naturale? per quid ad placitum? an detur signum sui ipsius? et alias similes, praesertim cum nunc aliae perutiliores quaestiones in Logica tradantur. Aequo itaque animo ferant rigidiores Scholastici vel quod antiquis eorum statutis non acquiescant; vel quod subtilibus nonnullis disceptationibus missis alia substituam plura, jucundiora certè atque utiliora. Siquidem nec veritas tempori, aut personae ulli alligata est; nec subtilitas nimia veritatem collustrat, sed illam saepissime potius obumbrat.

§. VI.

Sed nunc de origine vitiorum, quibus iudicia nostra labefactantur, agendum est. Sunt autē praeiudicium auctoritatis, praeiudicium infantiae, et praeiudicium praecipitantiæ. Singula percurramus. Praeiudicium auctoritatis est: anticipata opinio, qua personae unius sententiam, etsi à nobis nunquam expensam, sola auctoris aestimatione ducti recipimus, alterius rejicimus. Sic plurimi, qui auctoris alicujus, vel sectae doctrinam sequuntur, ita hoc praeiudicio tenentur, ut illam justo aequius diligant, optimam, ratam, inconcussam esse opinentur, atque ab illa resilire nefas propemodum arbitrentur. Huc praecipue pertinet praeiudicium eorum,
qui

qui eadem veneratione authoris alicujus doctrinam prosequuntur, quam ejus sanctitate exosculantur.

§. VII.

Utinam hujus surfuris homines intelligere vellent, intentum SS. PP. praecipuum non esse nos profana docere, cum fide, et moribus nullatenus connexa. Utinam attenderent Sanctos Ecclesiae Doctores ideo Patres appellari, quia populis se Magistros, et Duces in salutis negotio praebuere, non in naturae rimandis arcanis. Hoc serio perpensio, non ita frequenter in rebus philosophicis eorum auctoritate abuterentur. Nec tamen Sanctis Ecclesiae Patribus quidquam detrahatur intendo, sed debitus honor ipsis exhibeatur, est maxime advertendum.

§. VIII.

Praejudicium infantiae, sunt falsae ille opiniones, quas infantiae tēpore hausimus, pluribus nempe à prima aetate praecoccupati, atque à teneris annis imbuti ea arbitramur falsa, quae illis consentanea non sunt; quae vero exinde derivari intelligimus apertis amplectimur ullis. Hoc sane vitium difficilis est curationis; quippe.

Dediscit animus serò, quod didicit diu.

Praejudicium praecipitantiæ, est praeceps de re vel porsus ignorata, vel non satis explorata iudicium; oriturque ferè semper ex animi levitate. Latè hoc vitium dominatur, nedum in disciplinis humanis, sed (quod intolerabile est) in vita quoque civili. Quid enim est familiarius, quam ex levi indício homines accusare, vel excusare; laudibus attollere, vel vituperare? Quid frequentius, quam Viros alioquin integros, scelerisque expertes, ex nullius momenti facto, vel verbo; uti improbos, et proborum contēptores iudicare? Quid :::: indulgeatur digressio.

§. IX.

§. IX.

Revocari quoque hic potest praejudicium antiquitatis.

Plurimi equidem sunt qui tanto antiquitatis amore ducuntur, ut quid quid à veteribus traditum est, optimum arbitrentur; quid quid vero à Recentioribus inventum fuit veluti falsum irridere soleant, atque audito Modernorum Philosophorū nomine veluti exorrescunt. E contra alii ita Recentioribus doctrinae amore arripiuntur, ut quidquid à veteribus inventum fuerat contemnere, atque omnia promiscue veluti deliria et inanes nugas respuere consueverint. Certissimum est, Deum nec adeo largum, nec parcum adeo antiquis fuisse, ut eos tanquam unica sublimiorum ingeniorum, omnis quae verae sapientiae deposita constituerit; nec ut omnia eis occulta esse voluerit, solis Recentioribus referenda.

§. X.

In finitus quasi essem si omnia remedia pro his praejudiciis evellendis à Recentioribus Dialecticis ex cogitata vellem hic recensere, id circo sufficere ut unum referam, ad quod caetera omnia facile revocari possunt, hoc quae est, ut mens de invenienda veritate sollicita, ordinatè instituat meditationem, idque agat praecipue, ut claras, distinctas, et adequatas rerum ideas sibi formet. Id sane fiet ut opinionum veritatem non ex auctoris sanctitate, antiquitate, religione, fama, aliave circumstantia extrinseca, sed potius solidis momentis, et rationibus ab authore adductis aestimet mens.

§. XI.

Quam quam in veritatis indagine ratione potius, quam auctoritate dirigi debeat mens; ubi tamen de rebus facti seu historicis agitur, sola humana auctoritas est consulenda; quae quidem majorem, vel minorem obtinet vim, prout plures vel pauciores circumstantiae concurrerint. Circumstantiae hujusmodi expiscandae sunt, vel
ex

ex varia Scriptoris indole, vel ex natura rerum, quae ab eo narrantur, vel ex narrandi ratione, vel denique ex sinceritate librorum, unde testimonia sunt deprompta. Hasce circumstantias ne explicatione longus videar, videre poteritis apud Criticos melioris notae.

§. XII.

Tandem ad Scepticismum, debellandū manus mittamus. Itaque plura à nobis cognoscuntur, quae certa sunt, et explorata: unde et verae existunt scientiae, adeoque à Philosophia exterminandus est rigorosus Scepticismus. De veritatis criterio, sive certo medio, vera à falsis distinguendi, variae fuerunt Philosophorum opiniones. Nam ex veteribus Epicurus insensibus veritatis criterium statuit. Anaxagoras, et Pythagorici in sensibus. Plato in ingenitis ideis, ac clara rerum percipiendis. Nos tamen hac in parte duximus pro veritatis stabilire quae sequuntur. 1^o pro veritatibus insensibilibus dijudicandis optimum criterium est evidentia rationis. 2^o in rebus sensibilibus evidentia sensuum est optimum veritatis criterium. 3^o historicae veritatis criterium est evidentia moralis, sive auctoritatis. Haec Logicae Moderna praeepta, et propositiones, non tam saeculi genio indulgentes, quam veritatis semitas indagantes, proponimus, consulto ommittentes, plures quaestiones, quae tanto apparatu, aeternisque diffidiis à Peripateticis pertractantur.

U. M. F^r. Petrus Soler V. Pro^{lis}. et Si^m. Regens.

Vidit Olives. V. G.

Cage Case Cage

ex parte...
et al...

et al...



et al...

et al...

-96